Qui auctores legi debent et q Cicero pre omnibus.

Ratorum qui legi possunt maxima turba est sed omniu candidissimus est. Cicero qui iocundus incipientibus et appertus est satis. Nec prodesse tantum sed etiam amari potest. Cuiusqz de officijs libris tibi nedum vtiles verum necessarios arbitror. Scripsit et Ambrosius ad eius imitacionem de officijs non despiciēdum opus quod cum illo legendum aptissime putauerim ut que fidei nostre ex Cicerone non consonant ex Ambro. moderamen accipiant. Sūt opera Lactancij limatissima. Nichil Jheroni. non expolitum Augustin. sunt emēdatissimi libri Gregorio vti non inutiliter potes. Nostri temporis Leonhardi aretini Guarini veronensis Poggij florentini Ambrosij monaci Camaldulensis volumina tersa sūt legentibusqz fructifera. Sunt et hystorici legēdi pueris Liuius atz salustius q̄uis ad eoꝝ intelligētiā profectu sit opus Justinus et Quītus Curci⁹ et quē petrus paul⁹ trāstulit Arrianus in quibus ut non fabulosa sūt Allexandri gesta percurri debebunt quibus adiungi Valerius hystoric⁹ et philosophus simul nō indignus Suetonius puero nō est omittend⁹. Ex genesi quoqz ex Regū libris ex machabeis et Judith

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-428/0064
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG